

Acceptis recentibus 10. equis, et uno Sordide circa 3am Julius  
 in Urbeula Engelholm advenimus. Prandium in quo  
 fraga cum lacte prima vice gustavimus, et optime sa-  
 pere experti sumus, una cum Consule, et Praefecto Hospiti  
 talis sumptu. Dein proctiosius his viris valedictum,  
 Gratia ipsi aita immortales, uti reipsa mererantur, quas  
 "que habituri sumus semper. Discessimus hora 4<sup>a</sup>  
 et ingentem montem in tres ut ita dicam contignati-  
 ones divisum lente conscendimus. Sed descensus longe  
 erat periculatissimus. Cum equi gravissimum Curru  
 retinere nequiverint. Neque Catenis ligatoriis culpa fa-  
 mili epemus provisi, horis qua licuit, ligata rota,  
 et hominibus Curru retinentibus, magno <sup>in tempore</sup> dispen-  
 dio feliciter tamen Vallem attingimus, et sub hora 9<sup>a</sup>  
 in Karup pervenimus. Arborum florumque odore vespere  
 hinc frigore condensato amoenum erat naribus haurire,  
 ubi et occidentem in Oceano Solem spectare Parhelion  
 formantem. Post horam spatium mutatis equis iter conti-  
 nuatum, et circa 1<sup>a</sup> in Laholm ventum est. Ubi circa  
 2<sup>a</sup> delicatum Salmonem jentavimus. modica quies.

Movimus hora 7<sup>a</sup> sub modica pluvia. hora 10<sup>a</sup> Halm  
Stadium, Urbeulam ingressi, apud Apothecarium Hiti  
 mus. In prandio appropuit humers. Sapidissime prepa-  
 ratos. Interea Faber Catenas ligatorias confecerat, neque  
 in fornibus ulla habentur, quin usus carum his homini-  
 bus penitus est. Lagenula cum Rophia impleri curavi,  
 sed haec paulo post, una cum Lagenula Albi vini interijt. Olla  
 sunt pro prandio aurei duo, unam tantum accepimus.  
 Movimus hora 2<sup>a</sup> vijs pulcherrimis in Qvibille de-  
 vecti, hic duos pueros Litamalas aurigatos nobis  
 cederunt. Dubitabamus eos acceptare, sed cum arte periti-  
 dicentur, accepimus. Revera Celerrime nos, et insigni-  
 ter devexerunt, via proterea facta optima, et Austrum  
 par. in Dakkagard. Ultra 2<sup>a</sup> horas equi erant ex-  
 pectandi. Advenit quoque Praepositus Dokkenburgensis  
Lundio redux ubi Academia annu Seculare celebravit.  
 Multj, et varijs Doctoribus creatis. Vir hic diu piscabat,  
 unde veniremus? quique epemus? sed ambigua responsa  
 fecerunt, ut in turbido piscaretur, nihilque caperet. —  
 Per magna arenam, et montes integros arenarum circa 1<sup>1</sup>/<sub>2</sub> h<sup>a</sup>  
 in Urbeulam Talkenberg perventum. Hic proter Susu-  
lum Vinaceum nihil, ne orbes quidem accepimus. Ade-  
 nit quoque Praepositus, noctem in Virino cubiculo exi-  
 gens, cum filio suo.

2  
+  
Julij. Movimus hora 7<sup>a</sup> circa 9<sup>na</sup> in Morup. equi comutati:  
6. hora 12<sup>a</sup> Urbem Warberg attingimus, cuius fortaliter  
mari iminet eleganti Situ. in praeclearo Diversorio  
salutavit R<sup>o</sup> P. Hell Ing Martin Professor  
Anatomiae Stockholmis. in prandio iterum Hamers  
cum fragis in lacte hui. 3<sup>o</sup> discessimus in Bakka  
mutatis equis circa 9<sup>na</sup> in Ragelund perventum. hodie  
ad sinistra habebamus ubique pelagus, a dextris Montes  
saxeos, lapidumque copiam inexplicabilem. Statim pro  
cras equi constituti; quin et eques ad vicinam stationem Misfuf  
atque ut inde etiam alius ad Tertiam stationem mitteretur  
mandatum; ut scilicet equi parati haberentur. Longum  
solitarium, comodissimum t<sup>o</sup> fuit. adventus et Praepositus  
sed noctu adhuc discessit.

7.  $\frac{1}{2}$  7<sup>ma</sup> discessimus, via iterum Saxis cincta. in For  
pan, equi jam prostrabantur. eodem modo in Kongs  
bakka. Sed hic astutus Senex nos in prandio detinere vo  
luit, unde indicem sui horologii ad 12<sup>a</sup> promovit, et  
se elegante Salmonem profecturum dixit. Sed frustra erat.  
Interrogatus in equitem ad proxima stationem miserit, equos  
qui constituit, affirmavit, et solutionem recepit. at ubi  
in Sierra ventum, equi omnes non aderant, negante  
D<sup>o</sup> Tekind, Jergeno equitem ex Kongsbakka adventisse, sed  
solum per Praepositum nunciatum fuisse, ut equi post  
12 hora essent parati. Huius rei scriptum testimonium  
vixit d<sup>o</sup> datum, usque solutionem unius equi, quae Senex ille  
fraudulenter acceperat, ab Ipso exigere, iusti sunt.  
Curram dein praecipuum onerarium, neque ad stationem soli  
tam Pryde, sed in Urbem Pothenburg divertimus.  
Agente D<sup>o</sup> Fiscali curvus onerarius insequens vixitatus  
est, nostra impedimenta vixitata in Diversorio. -- Pelles  
Cervinas, quibus in lecto utebamur dicebat esse contro  
vont. Multas et rectus corde! Prandium cum pluribus  
more apud Tracter recepto. -- Neussaria quosdam in  
urbe emimus. Apud Tyrolensem Mercatorem ego Pro  
Requira habitus sum, causam ignorabam tandem, donec  
in famulo locuti dicerent, audivisse se ad D<sup>o</sup> Professo  
re Hell adventurum Haffnia missionarium, Societatis.  
Legend novae comparata, Viennenses eam in Cellariolo  
omnes erant per iter contracta, sed et has difficulter  
reperiebamus. Urbs est mala, Canalye mari elegans. Conuslyca

Duo Ciudadell extra Urbem pulchra videntur, non tamen nesci Julius.  
 tur illas exaggeratas laudes, quas ipsi tribuit D. Bücking  
 in sua Geographia. Empta fuit etiam Tela Subtilissima  
 Müßlin album, Contra Muscas Finnicas, et Norvegicas,  
 Curru protexenda. Multas enim molestias ardente sole  
 musca faciebat. Nova item provisio facta Pecunia in  
 pice, et Charbaced.

Dicesimus hora 7. pluvie adhuc non nihil Coelo, auriga 8.  
 fluvium e lacu Venor in mare influentem volens ponte  
 transmittere, ne in adverso littore per montes vehere  
 debeas, Ultra procedens ad locum pervenit, ubi navi  
 transvehi debebamus, quae ore funis in utroque litore  
 firmati navigantium opera promovebatur. Hi profen-  
 tissimum Vitae discrimen adinvimus. Vix enim currus  
 nobis intraverat, cum male mariata navis paulu-  
 lum mergi, et per complura faramina aqua <sup>admittere</sup> recipere  
 cepit. Aquis dein majori celeritate in navi auribus  
 et periculum minitantibus reverti volebamus, sed in  
 mediam Deprehensis nec reditus profuisset. Armatis  
 itaque viris, ut Celerius funem promoverent, littus  
 attigimus sed ita, ut navis ultra pedis altitudi-  
 nem repleta esset aquis, et adeo quidem Celeriter ac  
 crescentibus, ut si vel uno minuto absque se lon-  
 gius a littore, eam submergi, cum Curru, equis, et  
 omnibus nobis evidenter oportuerit. Qualiter non  
 pridem Rustico, cum Bosulis suis, atque Curru per  
 eandem hanc navem transvecto accidit, quae omnia fun-  
 ditus periverunt. Ubi auriga equos impellens navem  
 ab onere Curru liberavit, assurrexit scilicet iterum,  
 Nos Deo pro superato periculo egimus gratias, sed prohi-  
 bitam Senio, ne, si currus onerarius huc adveniret,  
 ad navem recipiatur, quin potius eques missus, ut  
 aurigas, famulumque admoneret, aliam inirent viam  
 et per fractos pontes in littus advensum tenderent.  
 Sed hoc Illi sponte sua fecerant. Grevi ad Arcem  
 Bahusianam fluvium iminentem pervenimus, quae inter  
 meros lapides, et saxa sine ullo via vestigio poterit  
 vetti, iterum ejusdem fluvium ramum alterum trans-  
 mittere debebamus. Hi vero pons undarum vi nuper  
 abreptus novas fecit miseras, donec multorum virorum  
 ope e precipitio se minimo in subiecta ratum de-  
 missus fuisset currus. Sed oneratum ibidem demittere majoris  
 longe opera fuit, et quidem, Coelo insigniter pluvie.

4.  
 Equi ab hora 9<sup>a</sup> jam parati prestolabantur. Sumpto modo  
 co lacte, et rixte ultra properavimus. Statio altera fuit  
 in Hee, post hanc in Bek. dein Holm. Iterum pro  
 aurigando Pueri Dati, Signum: Viam iminentem esse valde  
 bonam, uti rixja fuit. Neque mirum, namque per Sue-  
 ciam ordinatione Regia Rusticorum est vias reparare, Singu-  
 li ubi spatium designatum habent reparandum, quod et  
 iam solertissime pressant. Præterea ubi plana sunt, via  
 constanter inter Særes agitur, omnis enim ager, omne pra-  
 tum Særibus iniungit, ne pecoribus exceptus pateat.  
 Sunt hæc e lignis varie inter sese combinatis, Sæpe  
 e lapidibus, porta frequentissima, qua ubi aperta fuerint  
 fronte sua se iterum claudunt, mechanica naturali varie  
 applicata, quædam Carum Virantibus Ramis ita intertextæ  
 erant, ut Triumphales portas crederes. . . Ita nempe  
 per aspera et plana tenditur in Wårdöe! In Asjen  
 exacta nox, iterumque promissus eques, qui per Stationes  
 futuras in Crastinam equos constituat, cum ob moram ad Pa-  
 hus tractus non voluerimus ad Lovistad penetrare, pro no-  
 cte, ubi quidem heri erat constitutum.

9. Hora 7<sup>a</sup> movimus via montosa et Saxis impedita, in Proke  
 mutatis equis Saxa iterum scandebamus, et ligatis rotis  
 sequebamus in Valles. Circa  $\frac{1}{2}$ . 11<sup>a</sup> Urbeula Uddevalda  
 attingimus, non sine metu, ne Currum onerarium tandem se-  
 quentem Vigilatum detineat. Sed et ille libere transiit,  
 post hanc Urbeulam pone amplum lacum, rixiam feracem  
 Særum erat superandum incredibiliter præcepit. Superavimus  
 quidem, Sed ut Currus onerarius quoque superare possit  
 e vicina Statione Herstæd Duos equos submissimus.  
 circa 11<sup>a</sup> illuc pervenit onerarius currus, et licet à nobis  
 equi duo fuerint submissi, licet famulus Særipede fuit, ad  
 alterius Boni viri prætereuntis Særipede præiunxit  
 4<sup>vor</sup> equis ordinariis, tamen adhuc alios 4 ex Urbe Udde-  
 valda conducere habuit opus, et vel ad 12 equis misere  
 eluctatus est. atque ad Herstæd. circa 2<sup>a</sup> pervenit. abire  
 volentibus, his cum Impertinentissimis Rusticis exorta, cum  
 enim jam prohesterna die constituti fuerint, et usque hodie  
 prestolari debuerint, voluerunt nos in poenam Pro Særipede  
 equis expectantibus 16 Wicor Solveremus. Hora integra  
 concertatio durabat cum Interprete nostro, qui æque ineptus  
 erat ac Rustici. Tandem præiunctis equis circa 3<sup>a</sup> movi-  
 mus, cum poenam illam statutam esse, scripto exhibere ne-  
 quiverint, absentiam Hospitis causantes. Post 4<sup>ta</sup> pervenimus

+

5

Ad malefactum Livstrum. Ubi in descensu per Saxum monte  
Pertica lignea, qua equus currui iungebatur, confracta est. Julius  
pro tali quali reparatione solvendi erant Imperiales duo.  
Conducteur quoque equorum, homo maxime inhumanus duodecim  
Imperialium multa exegit, quod equi in matutinum tempus  
constituti hactenus expectaverint. Excusantibus virum  
non parvas difficultates, remisit quidem sex Imperiales,  
sed & alij omnino erant solvendi. Dolebant nempe quod  
noctem apud Saxos non exegerimus, habituri utique, quod  
furto subducerent. Nunc quoque copiosissima hominum fax  
currus circumferebat, viligandumque fuit, ne quid iam cedere  
rent. Post 2<sup>am</sup> horarum spatium tandem abire licuit  
Pontem transgressi imanem colle Superare debuimus, ut adeo  
locus hic merito Prædonum Commodissima habitatio credi  
debeat, qui alioquin a Commissis furtis celebratissimi esset.  
In montis vertice, cum currum onerarium lente ascendente,  
licet & equos præiunctos haberet. magna molestia fuit viri  
quiddam turbata mentis, infinitis suis sermonationibus!  
In Suarzburg mutatis equis, ad Rabalse post mediam noctem  
pervenimus. Hodie prima vice ab H. C. nosmet dispensa  
vimus. Hic modica quies, promissa prius Equite, qui equos  
in futuris Stationibus constituas.

10.

Dominica hac VII post Pentecosten curia 6<sup>ta</sup> movimus, et  
per Hec, in Schellere, hinc in Ving pervenimus pro man  
dio, via non semper mala, licet reparata utcumque cessaverint.  
Discessum hora 1<sup>a</sup> tum per Cepitem vedit. Saxo imani apro  
pinguavimus, in lacum vicinum prominenti. Via angustissima  
qua per Saxum patebat currus nostros non admisit, circum  
eundem itaque erat Saxi frontifitium per lacum ipsum. Equus  
precedens aurigis monstrabat tenendum iter, nos pedes transi  
vimus Saxum, ubi pyxidem Tabaccaria perdidit. in Ciff  
mutati equi, paulo post apparuit via per altissimum monte  
et omnium hactenus maximam, vixque Superari posse crede  
bamus. E nostro currum duo equi onerarij præiuncti, tum  
iterum ad nostrum reducti, mutatis vicibus, et per intervalla  
currus denique attraxerunt. Sed descensus e parte alia  
horrorem vel spectantibus incussit. & altissimo monte  
via obseleta, et angusta, præcipit, inaequalis, flexibus inter  
ta, ab imani præcipio tam parum distans, ut si vel ad spectandum  
rota deviare, certum currui afferret exitum. Quincti itaque  
equi, utraque posterior rota fortissime Catenis adstricta, lente  
ab aurigis promotus currus, quorum denique opera, præsertim  
famuli nostri factum, ut feliciter uterque demitteretur.

6  
 Julius. Prandium de Superata tanti periculi via R. D. P. Helle  
 movit, ut Vestis aurigis s. jam non pueris, tantum Biba  
 le dederit, quantum solutio ipsa pro equis efficerat,  
 nempe Thaleros quatuor. Lachrymantur hoc accepto se  
 nex Vestis, et pro solatio vix sciebant, quid agerent.  
 Hi in Hodal revertentes, et preclaros equos acceperunt  
 quibus per tres proceros montes, totidemque profundas  
 Valles vecti tandem loco Helle ad ripam Sinus maris  
 Svind Sund dicti appropinquavimus. Ecce autem iterum  
 Descensus de monte Excelsis miserrimus. Via a defluentibus  
 pluvijs eluta, et saxis impedita vix erat practicabilis.  
 Iterum Catena ligatoria officium suum prestare debebant.  
 denique curia grā in Helle Divertimus, ubi limes  
 inter Sueciam et Norvegia fit a dicto Sinu Svindsund.  
 In Domo Solitaria preclaram Coenam excepit, et que mirificam  
 quietem exegimus quietissimam noctem.

II. Navi per Sinum descendimus in urbem Friedrichshall  
 limitaneam Norvegia; Visitatus Penitor Interpretis nostri  
 Mercator Senex. Ubi tota lignea, lignis quoque et asseri  
 bus Mercimoni maxima exerentur, praeter alias naves  
 duae preclarae Fragatae Anglica aderant. in reditu affluxu  
 maris nobis contrariabatur, unde duobus nautis strenue  
 laborandum. Vidimus alium proveh. Malo, et velo natural,  
 nempe arborem minoris magnitudinis, ramis, folijsque in  
 struata, mali loco navicula imposuit, et vero propellebatur  
 a vento Elegantissime. . . Ceserū hic Sinus intra altissimos  
 Montes fluit, Luporū in patriā! . . Prandium in Helle,  
 ubi et nox exacta.

Interpretis nostri lepiditas saepe nobis rideri materia  
 prebuit, hic vero praecipue. Permanni idiomatis minus  
 quam proficebatur gnarus, sese explicare nesciebat, et ple  
 rumque nobis ita Contraria dixit, ut denique Sermones  
 ejus in contraria partem accipiendos esse in posterum scire  
 mus. Montes, nisi altissimi omnino essent, pro nullis  
 habuit. Altissimos vero ita compellabat, ut nos fluvium  
 transeundum putarem. Omne responsum ejusdem sic  
 cepit. Durd ist nicksd erudsd vld. Dir Lpntff, sind  
 Doll. Locum Helle urbem dicebat esse, cujus porta circa 10  
 claudant. Solliciti fuimus ratione Visitacionis, cum Spageta  
 quidam currus circumvolutus fuit in pluribus locis rupta  
 sit. Sed eandem urbem in unica domo Vestis vidimus. De oneribus  
 ne interrogati quidem.

Iter ex Fridrichs thall limite Norvegia usque Julius Christianiam.

Evocatis ex Helle in Norvegia sicut equis, postquam currus 12  
nostros per Schwundfund transferri fecimus. Per montes  
via non optima in Planiora Norvegia delat sumus. Helle  
pratervectis transeundus fuit magnus fluvius Torr flou,  
in Norvegia ead omnis fluvius Elle vocatur. Lapsus illius  
ex alto monte ad multa milliaria videri, audiriq[ue] potest.  
hic ubi transivimus lepidissim[us] Vorticum format. aqua in  
medio rapidissime defluit, qua[rum] autem utriq[ue] littori vi-  
cinit[er] contraria directio sursum tendit. Unde in litore  
navis solvatur, sursum fertur ab ipsis aquis, ubi vero  
modicum versus media[m] promovet, celerime ab aqua defla-  
ente deferitur. modicum iterum promot[ur] navis in alteru[m] vor-  
ticem transit, qui ead[em] jam in adverso litore sursum propellit.  
In Pundslund, mutati equi, ubi et in Tone. Iterum vapari-  
mus fluvius transeundus struto ponte. Via per Norve-  
giam solenter reparantur, sed nondum satis comode. ad  
Lunebye hora 2<sup>a</sup> ventum. Audivimus scheda[m] equos con-  
stituentem huc non advenisse. Neque eos nisi in Cassina  
haberi posse, ad a[li]os ruffos procul habitantibus accipi de-  
beant. Nequa fuit factio Cauponis, volentis ut ibi  
noctem exigamus. Postquam enim Conductor bibale ampli-  
us promissum est, nosque ad quietem comporemus. adest hora  
10<sup>ma</sup> famulus equos advenisse nuncians. itaque convasa-  
tis proprie rebus, discessum est.

Circa  $\frac{1}{2}$  12<sup>a</sup> noctis in Delingen ventum, ubi optatissima 13.  
quies. circa 6<sup>ta</sup> ultro procepimus in Urbeula Mios[us] raga  
cipissimus iterum torrens per miserabilem ponte[m] erat transe-  
undus. Molara[m] asperiaru[m] hic visitur innumera multi-  
tudo. In Loner, dum equi mutantur jentaculu[m] sumptu[m].  
Hodie et precedenti nocte pluvia. In Sundbye, et Salgen  
hitten mutati equi. Hic in festo S. Michaelis Kundine  
esse solent, in medio campo, erectis ex aperibus Conser-  
vatorij mercium. Via per montes, et silvas amenas  
fuit. In Schidsfordt circa hora[m] Tertiam Prandiu[m], quod  
nobis parari fecit Dnus Vegmister, qui nos in Pundslund  
assecutus Christianiam praeceperat. hora 5<sup>a</sup> advenit  
equi prestantissimi, et opus erat omnino, ut terribilem mon-  
tem superare roluerimus. Neq[ue] ijsde[m] equis, uti alij conjue-  
tum erat uti licuit usq[ue] Christiania, sed loco intermedio  
comutati equi, et pro aurigis pueri dati, licet via omnino  
periculosissima restaret, ibant tamen lentissime, et montem

Julius Et montem non adeo precipitem vix confundere poteramus. nullo puerorum suorum equos impellere volente. Sed deinceps deinde versus Christianiam fuit omnino hactenus absurdissimum. Præterquam enim quod erat maxime precipitum, constabat maxima sui parte vivo Saxo, in quo nullus equus segere vestigium firmum poterat. Tenebrae quoque alias honorem augent, nobis occultando precipitia terrorem minuerunt. Hora integra consumpta donec currae ligatis utriusque rotis lente demitterentur. Per Dns Conas bny Christiania est in Dns Puff nu Christiis. Hora 1<sup>a</sup> noctis

34. Christianiam inveni apud Dna Münke divertimus in preparatis jam antea cubiculis. Pueris pro bibali singulis unius Thicon status, cum alij alias duplum acceperint. In hoc per Norvegia itinere, nos quidem præter bibalia nihil solvimus. alij peregrini, pro uno equo ad spatium unius milliaris solvere debent 6 Thicon, & bibale a singulis equis 1 Thicon, uti et Conductor 1 Thicon pro singulis. Sed hæc in moneta argentea Danica intelligi debent, unde longe plus, quàm in Suecia solvitur.

Cum 2<sup>o</sup> accepimus Excell. D. Benzon Pro Regem Norvegiae res novas Passuales litteras dare, novæ itinerandi Nationi accomodatas. Vir proventa ætatis, et Germanici Idiomatis parum gnarus, et difficulter audiens Passuales a prædijis missum se pollicitus est. Prædium in Diversorio, dein de comparandis ad iter necessarijs Senio cogitatum. Namque. Curru oneratio imminuat Norvegiae viam superare omnino non erat possibile, Nostro fortasse licet, si 12 semper viros habuissimus ad latæ, qui sublimem de Saxia in Saxa transfulissent. Igitur, pro nostro usu comparanda erant Curriculi Carioll. Atque nempe duabus rotis instructus, cum parte Superiori sessili, et duplici partica, Equa inclusus Equus et horizontaliter teneret Curriculum, et traheret simul. Onera vero Carris imponenda erant. R. P. Hell Cariol pro se comparavit 60 Imperialibus, pro me alend 50. ad erant et Helia, Ipsius quidem bona, Sed mea ita antiquata, ut omni deinceps momento loca frangerentur, et frequentè reparatione haberent Opus. Carri quoque 5 alij 10 alij 11 Imperialibus empti, ita instructi, ut duo equi injungi possent. Vigilatus D. Auditor in hortulo suo, et edificio hortensum non in amano. Vespere ad Lenorem Westler missum,



in regione Discorsij habitantem, in domo eleganti, et quae iuxta Julius  
 eta fuit prominenti pergula, observationibus faciendis valde  
 apta. Ab eodem petita venia, ut in loco dicto observationum  
 institui liceat. Indulgit gratulabundus. Instrumentum Ny  
 burgianum eo delatum. Sed caelum nubibus interim obductum  
 stellas abscondit.

Caelum tota die pluvium. mandium Curiale domi. Epi autem <sup>15.</sup>  
 quantocius abire vellemus, non prius tamen equi obtine  
 ri poterant quā die 18<sup>va</sup> cum vestigiis vesturad alias  
 nunc prestare debuerint.

Frandum apud Excell: Sturm. Curialium ferulorum adfu <sup>16.</sup>  
 it copia; fructus omnis generis, fraga cum lacte, Crasa  
 Melones. Dant hic Cruditionis multa amans Machinula  
 quoque Electrica Anglicani laboris, in Wardoe deportanda  
 obtulit, uti et Grammatica Laponica cum Vocabulario.

Dominica VIII. post Pentecosten Coelo tandem sereno in supra <sup>17.</sup>  
 dicta pergula altitudo  $\odot$  observata, ex qua patuit in Char  
 tis Ordinarijs urbem duobus gradibus propius polu admo  
 veri, sub observatione advenit Sturmus curru, et postea  
 ad Socrum suu nos deduxit. Vir prope  
 Atatis et veteru moru tota Christianiense nobilitate  
 invitaverat, et licet in medio cubili. Vassa oblonga men  
 sam hospites occuparem, tamen in tribus angulis, sed  
 alie mensa suos habuerunt accumbentes. Hi jū nos  
 viget sanitates ad mensa bibendi, qui dein per tota Nor  
 vegiam ita religiose seroatur, ut piarulu putesat cum  
 intermittere. Primus nempe Domus hospes poculu capis  
 mero repletu, et in Dignissimi hospitis sanitate mero gustat,  
 tum Secundi Ordinis hospite nominat, iterumque gustat vinu,  
 Dein pro incolumitate tertij hospite. tertio gustat. et ita  
 porro, si hospites sint 20, vigepes gustans vinu suu  
 pocellu denique evocuat. — paulo post Conviva omnes  
 Noceantia sui sanitatem invocantes, suu mero degustant.  
 Dein in ejus sanitate qui primarius conviva habet ita  
 gustant, sed in tertij, et 4<sup>ti</sup> etc. Sempit gustando, hoc  
 finito iteru hospes domus Primarij conviva sanitate  
 vivicat, quem omnes imitant. Post aliquot tempus  
 Secundariu hospite inelamat vinu suu gustando. quod ita  
 faciunt omnes. Et sic per singula intervalla singulor  
 sanitates bibuntur, vel potius gustantur. Dein fit Absen  
 tum Amicoru memoria, au xii. Mibi haec res fuit mo  
 lestissima R. P. Hell, utpote Hydrota gratis toties  
 agendi molestiam duntaxat habuerat. Hi etiam ad Frate  
 Comendanti Wardohusiani convenimus. Cena domi.

70

Julius  
18.

Conductus fuit his diebus Juvenis quidam Frondheimius usque, qui eques praederet. Et exhibitis Passualibus literis ab Excell. Benzon Pro Rege Datis Quos in singulis stationibus constitueret. 10 ninge pro quinque Carris onerarijs. 2. pro nostris Carriol, et duos seripe des altero pro famulo, altero pro interprete, vel plures etiam si difficultas viarum posset. Ille quidem heri jam praemissus, Nos hodie circa 8<sup>am</sup> movimus. Lepidissima Triumphi spicem hic processus referebat. quando Lingulo equos unus item Russicus Comitatus, qui suis unionibus clamoribus urbem ad spectandum provocarunt.

§ IV.

Iter Christiania Nordrosiam.

Relictis apud Aras Comendantem Curribus nostris, in Caria supra memoratis  $\frac{1}{2}$  8<sup>am</sup> discessimus, in Montem vicinū circa hora 11<sup>am</sup> plente Caelo eluctati egre, ad Stomne per venimus, neque tamen hac in statione recentis equos dederunt, eo, quod Vesturis uteremur liberis, quo in Casa in alternis solum stationibus equi mutantur. Itaque in Schedmoe circa 8<sup>am</sup> primo mutati equi. Sumptis prope re ovij prandij loco, per Moe ad Dragovald 11<sup>am</sup> nocte perventū. sine mora ultra properavimus, sed post hora spatium rota unius Carri penitus fracta est. Fortunata accidit, ut Russicus in vicinia haberemus, qui duas nobis Novissimas rotas cepit, pro antiquis, et s. Imperialibus. Circa 1<sup>am</sup> noctis Rideprobakka pabulavimus equos tum circa 7<sup>am</sup> diei

19.

in Edovald pervenimus. Aquis pluvijs bene male madidi et Somno pro cibo egentis, neque omnia sapuit mandiola inter quatuor naviculis Loos. Carri nostri, Cariol item atque impedimenta impedita. Circa 10<sup>am</sup> Cessante pluvia ipsidem naviculis per Lacu Mrosten vehi cepimus. pro movebant singulas quatuor Remiges. Lacus vastissimus inter Elegantes montes, diu protenditur, plerumque medium, alicubi etiam unum Integrum milliase latas. Post aliquot horas interquiescere nauta, dein ultero progressu confectis a milliarijs circa 4<sup>am</sup> hora littori in Saara segard nos exponere. Celeriter compositis Carris atque impedimentis, recentibus equis, via iniquissima, et lapidibus magis etiam, qua ad Hamburgam impedita, circa 11<sup>am</sup> in Nocte ventū. Hic Caupo siahas Obvia misit, Carro ite

confracto in Subsidium. Refectionem Carni hic Interpret pro Julius  
stolari jussus, nos alij equis Pielum tendimus, ubi hora  
2<sup>a</sup> noctis, seu etiam diei

Aurora jam multum progressa in bonis lectis somnum 20.  
quatuor horarum Cepimus, qui mirifice sapuit.  $\frac{1}{2}$  7<sup>ma</sup>  
adveniente quoque cum Carno Interprete movimus Biorikum  
ubi circa 9<sup>a</sup> sumpto jentaculo, et reparatis per fabrum  
rosis in Tangenberg tendimus, inde circa 3<sup>a</sup> pervenimus  
in Steen. Sumpto prandio nondum aderant equi pro Bagagia  
sine illa ergo processimus. Et altissimo monte, e quo pro  
spectus longe pulcherrimus, atque Cremita Coesare dignus  
superato, circa 11<sup>a</sup> noctis in Treng mutavimus equos  
atq; via comoda sub hora 2<sup>da</sup> diei

21.  
Pervenimus in Lilehamer. Cuius autem Equitem nostrum Bra  
cursorem ante horam hinc movisse intelleximus. quieti ergo  
indulto, tum Ipsi nobis paravimus prandium. Postea nempe  
in Jure Pallino, quod  $\frac{1}{2}$  Imperiali solvimus, tum Lincium  
recentis elegantissimum, lactuca item cum lactido et aceto. haec  
omnia magnifice sapuerunt. Bagagia interid advenit,  
et sub 4<sup>a</sup> hora movimus, via difficili iuxta fluvium  
bene magnam, qui incredibili celeritate intra montes labe  
batur, euripos plurimos formans, Columnasq; ejiciens  
orgiam etiam superantes. Circa 9<sup>a</sup> in Piepne, vel Ferne  
nox exacta.

22.  
Festum S. Magdalens. Famulus cum Bagagia tardius adve  
nit, cum rotas et Axem in itinere facta reparare de  
buerit.  $\frac{1}{2}$  10<sup>a</sup> movimus, et sumpto in Stav prandio, per  
vias jam bonas, jam malas tendimus in Lofnes. Iterum  
axis in uno Carrorum fractus. et in Lofnes circa hora 5<sup>a</sup>  
refectus. Mutatis equis post Colles aliquot in via horrore  
plenam pervenimus. Mons Vastus, et proceras altitudinis  
per a Torrente rapidissimo longinquitate temporis in duos  
divisus erat transeundus. Cum ad radicem ob fluvium  
alluentem circumiri nequeat, in medio montis latere via  
cavata est, latitudinis tanta, ut non nisi unicum Carior  
et egre caperet. a dextris axes radebant viva Saxa, et  
ultra altitudinem 50 pedum perpendiculatiter erecta,  
quin superius ita propendens, ut omni momento rui  
nam, et interitum vertici nostro minarent. a sinistris  
~~captes~~ series e trabibus duabus sibi impositis, tantillum  
proderant, ne deviante paululum rosa, curriculus in ima  
ne praecipis devolveretur. Pons utramq; montis partem  
conjungens erat quidem recens, et bonus, at sine fulero; post  
500 passus superatoque monte, pulcherrima plaga se aperuit

Nox in Elfsad exacta, sub cujus medium Bagagia advenit.  
 23. Hodie via omnium amoenissima iterum. Latam vallem utroque e latere montes ambiunt, sensim in altiora Gascentes, ubi arboribus obsidentur. Mediam fluvius dividit riviolum ferax et coloris marini. Domus Viciolarum in utroque litore frequentissima videntur, cum non alibi latiora pro pecoribus pasua, pro hominibus agro habeant. Pars viciorum falcabat tum pulcherrimum gramen et extrusis horizontaliter pectus efficiendum suspendis, pars gaudebat amplissima mensi, qua pleni culmi pollicebantur, hordeum proclara altitudine, et densa serie stabat Tricum, pondere, et numero granorum in terra proclive facile centuriam promittebat. . . . Circa grua in Oden, hinc circa 12. in karsegarden Ventum ubi prandiolum sumptum. Montes niviosos super nos a sinistris reliquimus. et pone fluvium Lirugul fluv. circa 4<sup>to</sup> in Luam v. Vig. pervenimus. Mutatis equis Transegardus fuit fluvius lapideus. Nempe latitudine 200 passuum, longitudine inuicem iacebat lapides, per medium eorum fluctabat aliquot passus latus torrens scilicet ubi Verno tempore iniret, omnem illam lapideam copiam legit, et ablati veteribus, novos substituit. Amoenitas Vallis memorata hic penitus cessat. Vicinius coenantes montes, saxis, et inutilibus arbutis tristes, sole meridiano incolae spoliant. Rarior propterea incoluntur. Interdum aqua ex albidissimis montibus atque saxis, et saepe perpendiculariter delabentes pulchrum in aspectibus oculis spectaculum praebeat. Circa 7<sup>to</sup> in Green stivimus. Ubi equi mutandi erant. Divesorium seu gjestegarden in altera fluvij Lirugul & Luam ripa situm erat, illuc ergo navicula vechi nocte egimus. Domus est viduae cujuspiam in qua et Regius Officialis habitabat, sed ablati erat. exorta controversia an hodie sit 23, an 24 July.

24. Dom 18. post Pentec. Transmitto circa 7<sup>to</sup> fluvio, hinc terrestri venimus sub 11<sup>to</sup> in Seel. Post prandium, non tam vidi miserabiliter struere, qui quae meretur de pingi, tam non meretur. Montes omni e parte, et in gentes quidem. Circa 7<sup>to</sup> Venimus in Doore, hic Mons Doore incipit, Unus e Celeberrimis Norvegiae. In colle Medioeri, Statis Toute habet ubi Praefator nostrae expectare jussus fuit. Equi constituti in Crastino. in Divesorio ne parum reperit est. Bagagia circa 10 advenit fracto iterum axe. Quae Tubi Barometrichi, quo mensuranda montis

Torre altitudine. Noctu descendimus ad fluvium et suspens  
 ex arbore Barometro altitudinem mercurij notavimus hora  
 12<sup>a</sup> 26. digit: 7 linear. Caelo sereno. in statione Toole hanc  
 mercurij in 26. 2. Exase nocte circa

25.

Mediam 7<sup>a</sup> movimus. Rustici, ne equi fatigaretur nimium qui  
 per 9. miliaria nos vehere debuissent, duplicato numero eos  
 secum auerunt. Ad Culmen montis circa hora 10. perveni  
 mus; aurigae fatigatos equos ejunxerunt, ipsi substituti, qui  
 sine ore montem confunderant. Altitudo mercurij in Ba  
 rometro fuit 24 digit: 2 1/2 lin. a dextris fuit collis, quae  
 scandere non libuit, a sinistris autem erant altiores adiuvenon  
 tes nivibus perpetuis lecti, quos Fockstuen appellat.  
 ante nos planities. Antequam ad stationem veniremus, in  
 eum duntaxat finem erectam, ut peregrini lectu sub quo  
 se recipiant, haberent, Altitudo solis meridiana quadran  
 te Nyburgiano observata est 42. 16. 50. Pone via spatium  
 lat amplu lectu erat albi et congelatis nivibus. Ascendi  
 mus, atque in ydem ambulantes reperimus nos 25. Julij nivis  
 calcare, manibusque tractare posse. Planities haec propter  
 frutricula exigua nihil quod usui esset, producit. in statione  
 Fockstuen nominata Bagagia mectolabamur. Sumpto  
 prandio, usque ad hora 4<sup>a</sup>. Hora 5<sup>a</sup>. Tempestas ventici  
 nostri incubuit, cum tonitruis, et fulguribus. Declinatio aul  
 magnetica circiter fuit 19. - Septentrionis in Occasu. Movimus  
 hora 4<sup>a</sup> et Noctem in Pierken exegimus. Mercurij fuit in  
 25. dig. altitudine

Hora 4<sup>a</sup> matutina venit Bagagia fracta rota et axe, 26.  
 que hora 11<sup>a</sup> reparata exhiberunt. Arca 1/2 2<sup>a</sup> ventu ad  
 Longsvald, transmittit prius fluvio Drusi Est. ubi prandio.  
 hora 1<sup>a</sup> venit Bagagia fracto axe. Novus curatus. Noctu  
 2<sup>a</sup> discessimus. Via erat omnium pessima. Inter saxa nigerrima  
 pone rapacissimum Torrente, exstructi erant pontes in firmis locis  
 antrosum et iterum retrorsum ducti. ante nos novigena  
 praecipiti via scandendus, et quae duarum horarum spatium via  
 superavimus. Atque vero in medijs rebus, omnia humectan  
 tibus, cum confractis saxis misere luctandum fuit. Sine  
 spe melioris viae. Equus meus prolapsus lemond gregis.  
 lignea pericala, et funibus ita reparatus saxon, ut sub  
 11<sup>a</sup> noctem in Drustuen venerimus. Maxima itineris parte  
 pedibus conficere debebamus, putoque hanc viam, non pessima  
 solum in Norvegia habendam, sed et inter deteriores Islandia com  
 putanda.

Faber hujas nec tantum ferri habuit ut Emond meum repa-  
rare possit.

27. Circa 4<sup>a</sup> venit Bagagia rebus, quod mirere, integris.  
movimus circa 7<sup>a</sup>. non multo post, Ruffio puero equum  
meum male manducente coersus sum supra viam  
Saxu, sine damno tamen. Prandiolam in Loe ubi al.  
Meruy. 26. 2. Movimus  $\frac{1}{2}$  2<sup>a</sup> et via valde bona circa  
5<sup>a</sup> fuimus in Diordalh. Hic primo equi mutati.  
Via dein ineptissima per meos lapides, et ruinos ponti-  
culos, interdum etiam nullam circa 8<sup>a</sup> ventum in Stuen  
Equi nimis fervidi, raptantes potius carriculum, quam  
trahentes. Succussiones longe maxime sensibiles vede-  
bant. aëstus et frigus in nivosis his montibus non  
medrove. In Stuen statim ignis excitatus in camino  
More Italico exstructo, nisi quod in angulo cubiculi  
erat situatus. Coenula. Nox.
28. Circa 7<sup>a</sup> movimus. et via hesserud similima circa  $\frac{1}{2}$  12<sup>a</sup>  
in Sundseth perventum. In Carris iterum fracta rota. em-  
pta sunt alia 2bus Imperialibus. annu Biergager vastum  
praecipitum, sed via comode reparata, sed precario ponte  
transmissus fluvius. Denique iterum mons triplex superan-  
dus. cuius una pars lignis strata erat instar pontis  
per hoc equus dum eluebatur, ne fas firmum vestigium  
figere possit. Carriculum pondere suo retro trahens, equum  
ipsum retro trahere cepit, ita ut uterque ad radices montis  
delaberetur. Rota in Saxu impacta fuit, ut Carriculum,  
eversus, quicquid in se continebat profunderet, puta:  
Pedem porcinum, Panem, Scatulas, Lageram vini etc. que  
in terra jacentia sine visu spectari non poterant.  
Circa 4<sup>a</sup> in Biergager prandiolam. Mutatis equis viis  
pessimis in Hoff pervenimus alta nocte. Nemo erat  
domi, sed porta patebant omnium domuum. donec tandem  
ex angulo quodam vetula expellerent, quo instructa  
porrexit ad coquendam coenulam.
29. Circa 7<sup>a</sup> Reantibus equis discessimus. Ruricola nostris Carris  
singulis duos equos praejunxerat, ob montes proximè sur-  
dendos. et verum usus eorum fuit. Circa 9<sup>a</sup> Lokneof jen-  
tavimus dum equi mutarentur. in Bye fuimus circa 1<sup>a</sup>  
prandium erat pulcherrimum salm, quem in Lokneof pretio  
& prius recentem emeramus. Movimus hora 2<sup>a</sup>, et via

molestissima, utpote habitus instar portuum strata prope Julius  
 nus in Lechr. hinc in Mellhuus vijs pessimis; Pontes veteres  
 putridifuerunt in causa, ut et Aurigaru unus, et unus armis  
 nocte in lutu devolueretur; Montes et Saxa inexplicabilis  
 item calamitates causaver. at prope Mellhuus planities  
 nulehorrina apparuit. Loci Curio ante domu sua nos  
 praestolatus ut apud ipsu diceremur, oravit. Verum in  
 specto Templo, et habitatore ipsius comodissima, imo et  
 splendida, apud Piespobru divertimus. Aurigis in Crast  
 rum expectare jussit. Pro Coena petentibus Fricasse  
 Oblata fuit Caro elixa agnina. ex qua Dd interpres vi  
 dit nos nihil manducasse, ni grimonem erat adductus nos  
 agninae carne non vesi, unde dem agnina nobis apponi  
 prohibuit.

30

Discessu hora 4. cum magno Aurigaru et Equo numero.  
 mutati equi in Soelberg, et iter iter per tres magnos saty  
 montes continuatu, donec circa 12 Ortatu locis Drontheimiu  
 invehremur. Urbs non magna ad oras maris sita est, cir  
 cum nens montibus verta. in Divesorio apud Madam Punct  
 jam ante nobis constitutu fuit Hospitiu a Dno Stipite  
 Ambthurnu. occupavimus unu amplu, et duo minora  
 cubilia.

§. V.

Commoratio Drontheimij. seu Nidrosia.

A grandis visitatus D. Celerus Hagerus. Filius Defuncti  
 ante annis aliquot Episcopi Nidrosiensis, et qui nuper  
 Ambthurnu officio per Lanmarkia honoratus est. Solum  
 te itineris futurum pollicebatur, gratulantibus, quod supremu  
 Finmarkia caput, in qua es peregrinari, et hinc exire  
 deberemus, habitari essemus nobiscu. Inde ad D. Stipite  
 Ambthurnu non Drontheim ita, qui cura totius itineris  
 nostri ab Aula comissa habuit. Post prima Salutationis  
 officia, rem sua aggressus impossibile esse dicebat, ut iter  
 hoc secundum Hassniensem designationem instituat. Navium  
 tam Episcopi, in Visitatione Dioecesis existentis, esse matu  
 raverit reditum in tempore vix adfuturu. Eandem minime  
 esse Caparem Provisionis illius, quam nobiscu in Vardoe de  
 ferre oporteret. Sibi videri longe comodius futurum, si amphice  
 navigio conducto; Greys vocanti, itineraremur. Rdy P. Hell  
 rem omnem ipsius prudenti consilio disponenda comisit.

Ille itaque quendam e Mercatoribus Primariū nomine  
 Fridlieb elegit, cui curam Comparanda Navis, Nautis,  
 Suppellectilibus Domesticis, annona xui: non solum suo,  
 Sed et Regis nomine demandavit; insuper: ut quidquid  
 Reditus Pater Hell desideraret, quocumque veniret pretio  
 compararetur fideliter, vi Regionū decretorū ad Sena-  
 tum Trondheimensem super transmissorū. quam egre-  
 gie executioni dederit negotiū sibi commissū Dominus  
 Fridlieb infra patebit. Nos eade die Dni Prof.  
 dem auestimud. qui harrin Tempeli M.A.R.I.ſ.ſ. Obser-  
 vationibus astronomicis aptissimā, obtulit, ut in ea  
 Observaciones facere possimus. In Cena offrea magni-  
 fica comedi. de quibus alibi.

31. Dom. X. post Pentecost. Festi S. P. N. Ignatij. Consultanti-  
 bus nobis de loco, in quo Sacra dicere possemus, adesset  
 Decurio Legionis, huc in urbe comorantis, a Colonello missus,  
 suppliciter Rēd P. Hell rogans, ut sibi Ceterisq; Militi-  
 bus Catholicis, qui ultra centum essent, sacramenta  
 impertiri dignaretur. Responsum fuit, nihil huc in re  
 futurū morē, modo Dni officiales, et Primores Urbis  
 non essent contrarij, cum Ipsi huc de re antea loquen-  
 dum. Idem Miles Mercatorū Catholicū Nysenbergen-  
 sem in Vini habitare prodidit. Illuc ergo Capella  
 nostra deferri fecimus. et in honesto cubiculo hodie  
 quidem missas fecimus, cum incredibili hospitio  
 solatio. Hora 12 Currus adfuit à D. Thibis' ambu-  
 lantem, quo ad distantia hora extra Urbem vestifumy  
 ad Tujularū Dni Hornemanth. Divitis Mercatoris, et  
 Consiliarij status. Aedes amplissima, tota e habitibus  
 optatē compactis, desuper Salam habet Elegand, in pro-  
 spectu pulcherrimo, arcuatū desuper opus e lignis for-  
 miter aptē mentitur. Hi primarie Nobilitatij  
 hospites ultra 20. Preclaro prandio excepti sunt.  
 Instructio aconomia, quantum inventionē et triturandem  
 fungum attinet, mirabilis; stabula vero, ubi pecora  
 curata asservantur, Creaturas. vocant, more anglis  
 instructo, tandem omnem merentur; Cena loco, afferunt  
 ad Mensam frustilla panis butyro illita, cui vel capens  
 vel asatura frustillū adheret; ita asatura frigida  
 et pasta Dulciarijs repleta, niur Font. Hospitibus de  
 asatura et pane, quantum libet, auipiunt. In Orbis circum



+

feruntur, in quorum singulis fructu toro, cultor, fuscinula  
 locantur, si orbem auctes adfertur et mappula, atq; ita  
 stando, et orbem manu tenendo comeditur. Janulo viam  
 cerviciam, Punctis, circumferente pro sanitate circumstan-  
 tiud non bibere foret piamulum. Circa 11<sup>o</sup> hospites  
 discessimus, plerique vehebantur in Cariolis; quando Mu-  
 lieres aque perita sunt aurigationis, atque Viri. Hic  
 merito queritur cujus generis sit Auriga?

Augustus  
1.

Mane aderant plurimi hospites R<sup>o</sup> P. Hell Salutari.  
 quadrans Nyburgianus ad turri templi delatus. altitudinis  
 hinc Superioris complexus fuit 45. is. o. presentierant D.  
 Praep. D. Predal Consul, et D. Berlin Mechanicus naturalis.  
 puelarum. Circa 11<sup>o</sup> vespertina in eade turri observata  
 stelle usq; ad 1<sup>o</sup> noctis, cum alias ob intemp. crepusculu  
 videri nequiverint.

2.

Circa 12<sup>o</sup> vespertina itud ad D. Consulem, ubi musica completa  
 in gratia R<sup>o</sup> P. Hell producta fuit; Dnus Consul Claviers  
 pulfabat, quod instrumentu excellenter tractare novit, idem  
 et compositor, et insignis Poeta habentur. Dnus Berlin prius  
 in Sumo templo organandus, et Civitatis ut ita dica  
 Officiu Ministris, omni generis instrumenta tractat, acie  
 Dnus 2 ejusde filij: D. Hagerup. et Clavis et flauta  
 Francoesam novit, et canere voel. tres praetera quatuorq;  
 officialy militares Compagnia hanc Musicond efficiunt.

Sub musica circumferitur Thee Caffee, Chokolada. Punctis  
 Prandiu nobile dedit D. Wiffelrumburum, multij hosi-  
 tibus presentibus. Duravit horis quasi 5. lente nempe  
 ferula apponuntur. Prima vice vidimus Rhenonem  
 Anuntio offis. Vesperis nubes.

4.

Capella nostra in Arcem Regiam Veterem translata, ibique  
 in Cubiculo ampla presentibus militibus sana dicta.  
 Officialibus non tantu non contrariis, sed et rogantibus  
 ut id prestaremus. Namque conditio militum haec est:  
 plurimi inter ipsos sunt exteri, ad limites Holstiae condu-  
 cti, nullo Religionis discrimine. Regia praeterea fide  
 promittitur ne conductis Catholicis, quod singulis annis  
 sacerdotem habituri sint, a quo sacramenta more Roma-  
 no recipere possint. Id vero obhincat etia, donec moran-  
 tur in Dania, imo etia in Norvegia Christiana, illuc  
 nunq; quot annis excurrente Patre nostro Missionario  
 Hassniensi. Sed Trondheimi sacerdotem caruissent nisi nos  
 advenissemus. Quare huc in parte D. Generalis, et Comen-  
 dans Urbis Oosten fuit valde officiosus. Magna existima-  
 tionem Religionis nostra multi ex causis se habere profelab.

Erat Dominus hic olim in servitijs militaribus apud Aula  
 austriacā vivens Carolo VI. et sub Kovenhiller scien-  
 tie militaris rudimenta didicit. Unde notitia rerū  
 nostrarū habuit perfecta. Item Materias Sericeas, Tapetes,  
 argentea Cantelabra et Percos largiter subministravit.  
 Toto ergo comorationis tempore laeva in cubili arisquod  
 diefecimus, Poenitentes milites, et alios Catholicos Sacramen-  
 taliter absolventes, et Eucharistia reficientes. quorum nu-  
 merus in fine subductus fuit 395. Erant inter illos  
 et Galli et Itali. Permani vero e remotissimis terris, etiam  
 unus Viennensis Pastoris filius. Inexplicabile dictu, quan-  
 tum hi. homines desiderant ex his terris liberari, quando  
 vident periculi periculis omni ex parte se se unctos  
 sine remedijs competentibus. Adventus noster ingenti  
 eos solatio replivit, nobis vero cum sincera poenitudo  
 non minori gaudio fuit. . . . Tempus Cathedrale illud  
 maximi nominis, nunc parte sui solū exstat, Sarcophagus  
 ad formā Crucis e Talco structus, Gothico labore conspi-  
 cuum est. Ara major Crucifixū d. S. Joanne, et S. Magda-  
 lena refert. quatuor itē Evangelistas, et 4. Patriarchis.  
 pone conspicitur Sacellū perpetuo clausū, in quo Imago  
 Patris B. V. asservari dicitur. In Munchholm navi  
 transire volentibus Ventus ostendit.

5. Passuales Comendanti exhibita. Viro plenissimo Floriā.  
 Brandiū iterum apud Nist'schumburgum. D. Conrad, pre-  
 ter assatura amnia Cyrialia ad fuerit feria Octa-  
 va, sine Tokainū n. malū apposuit. Vocatur hic In-  
 Ungarisch Wein, putantque omnia vina Ungarica esse  
 talia.
6. Domi exactus.
7. Brandiū in Supulano Dni Confiliarij Statuj Mellmann.  
 hortulū plenus erat Cerasis. Cochlearia prima sic vidi  
 sapore accedit ad Brunyos.
8. Advenit Studiosus Prochreving, ammanensis Episcopi,  
 qui a Ministerio Hassiensi denominatus fuit, ut nos  
 in Vardoe comitaretur, naturā in Herbis, et algis mari-  
 nis inquisiturus, utpote Botanices gnarus, qui Lindeū  
 in Suecia anno integro audisset. Item in studio astro-  
 nomico profectū aliquem facturū credebatur. Penitor  
 Inquis in Heris ubi Cupri fodina celeberrime sunt,  
 officio montanistico fungitur. Et ex hoc suo filio Pastore  
 seu Parochum libenter faceret. Visitatione D. Fridlieb.

Cujus Uxor Dum Thee Caffee Chocho Ladam, hospitibus non Augusti  
Danico distribuit, alij enormiter sumiga bant. Suffocan  
dum Nobis in cubiculo esse duximus.

Armamentarium inspectimus. Plenum gladijs Suevicis longis  
mis; quos in Norvegia Montibus collegerunt, quando Sueco  
rum maxima pars frigore encuta perivit. -- Cuique  
Militi datur mola pro conterendo hordeo. -- apud D. Berlin  
inspectum Monochordium, cujus Descriptio in Actis Microscop  
icis habetur. Item machina instar Clavier pulsantem  
Sed Chordis ordinarijs instructa, que ore rotularum etiam  
integra Symphoniam et fidibus constando producit.

Apud Fridrich Thee Caffee xii. moe gentij. In inspecta 10.  
navis prope D. Ostrodrumburum et reliquis, lupus  
usq; ad 9am in Coena instar prandij. Apparatus mensa  
les fuit albisimus, cum aureis floribus, allatus ex Anglia  
et factus e Vitice. quo Norvegia caret. -- bibebat etia  
potus Fissos dicitur, e pomis aureis et rubro vino.  
Post Coenam e Sypho argenteo Compotatio cepta, que  
singuli ordine exhaurire debebant iterumq; vitibus. usq;  
ad 12m.

Post triduanam pluviam aer ita refrigeratus, ut Cubicula 11  
calefieri debuissent. Prandium apud Generalem coena. Cui  
etia magnes artificialis oblatas.

Dno Berlin experimenta Magnetica exhibita; et communicatj  
modus magnetis faciendi. Consuli quoque donati magnetis,  
qui deini Proceputa cupri attulit. hora 7. apud Capita  
neum Plum Musica producta usq; ad 12m.

Musica apud Consulem usq; ad 12m noctis. Advenit Giseo 13.  
pus interrupta Visitatione ut ad R. P. Hell convenire  
possit. Eius navicula prudentibus nautis, a vento ex  
Viino monte precipiti ita reclinata, ut nautas Cistars  
in mare exereset. Salvata tamen omnia, in libri damum

stetit. 14.  
Visitatus Giseopus. Dnus amoenus. Aetatis medice. Cudibj  
Naturalij history magnus promotor. Academiae Microscopice  
author et Profes. Celeps, et Kratzensteinij, ob particu  
larem causam adversarijs. Prandium apud D. Conf. liam  
Camerae Schoeler, podagricum, Permans more paratum. in ho  
tulo specula lignea n mala habet.

Testum D. M. V. in Coelos assumpta. Visitati a Dno Giseopo 15.  
Vesperis Musica apud D. Berlin usq; ad 12m. Produxit se in  
maris flatibus instrumentis.

Prandium apud Giseopus. Multis hospitibus nulla femina prope.  
Exhibuit Collectionem, avid, herbarum xii.

17. Prandium apud Nystö rumburum.
18. Nystö rumburum tradita littera expedienda oblatas magnas major, et duo minores. prandium apud Giseo pō, sum Musica usque ad grā. hodie Capella Composita.
19. Missit Giseopus. Acta Viduensis, Flora Norvegica cui sum Giseo adfuit Valedicturus. et R. P. Hell, Academia Frondheimensis membrum Salutavit. Valedixit etiā D. Nystö rumburum cum discessu in Crastina pararem us. Generali dedit litteras ad Comendantem Wardamarianū. Vesperis venit nuncius, Cras abiri non posse, ob defectum unius rudentis, qui de novo fieri deberet, neque ante diem Lundā moveri posse. in Coena nos male sensitimus. post nocturnū vehementē ludonē melius habui.
20. Visitatus D. Con Rector. Dedit Mandatū in Vardöe accipiendū. prandium Cocula domi. Visitati complures, eisque Valedictū.
21. Dom: XIII post Pentec. Sacris ultimis dictis, Capella Composita. Remissa res ad Generalem. Prandium in Tusculano iterū Domini Stordemanth. in frequentia magna hospitum. qui singuli auspiciatissimū iter marinum, et faustam in Vardöe comotionem ex animo precabantur. Praesertim vero Clarissima die 2 Junij nocte. Multi horam erant, putantes R. P. Hell ab aula Caesarea ad Observātionem faciendā missū, et mandata Regis sui, promotionē nostrā concernentia, ex respectu Aulae nostrae fieri, inducebant ad hoc credendū novellij quoque Altonensibus. in quibus discessus noster ex Hellfin goer referbatur, ita, quasi ab Aula Viennensi missus fuisset R. P. Hell. Puta data opera similia frangi, ne veritate rei vulgus assequatur, et in facta a Rege R. P. Hell evocatione Crysini sua exerat. Post festum S. Martini, multis Carolis reditum.
22. Circa 4<sup>to</sup> Nunciavit Navarchus ventū esse favorabilem iterque inchoandū. Visitati Supremū quipiam et quia jam nudius tertius res nostrae praecipue rari erant impositae, solus Finmarchia Praefectus erat expectandus. qui tū circa 11<sup>to</sup> paratus nobiscum sumpsit prandium et comitante D. Baside atque Consule ad littus maris processimus.



Reise